Nomen mihi est: ______________________________



# Sententiae, Ch. XXVI, Pars II

**Practice and Review # 7–14**

7. Rēgīna fortissima Carthāginis posteā ostendit fidem semper esse sibi cāriōrem dīvitiīs.

8. Negāvit sē umquam vīdisse servam fidēliōrem quam hanc.

9. Iūcundior modus vītae hominibus nunc quaerendus est.

10. Crēdimus illōs vīgintī līberōs virōs fēmināsque vītam quam iūcundissimam agere.

11. Imperātor centum mīlitēs fortissimōs prae sē herī mīsit.

12. Lūx in illā casā nōn fuit clārissima, quod familia paucās fenestrās patefēcerat.

13. Amīcōs trīstēs excēpit, ad mēnsam invītāvit, et eīs perfugium ac sōlācium hīc dedit.

14. What is sweeter than a very pleasant life?

**Sententiae Antiquae #6–13**

6. Iūcundissima dōna, ut āiunt, semper sunt ea quae auctor ipse cāra facit. (Ovid.)

7. Beātus sapiēnsque vir forum vītat et superba līmina potentiōrum cīvium. (Horace.)

8. Quid est turpius quam ab aliquō illūdī? (Cicero. —**illūdō, -ere**, *to deceive*.)

9. Quid enim est stultius quam incerta prō certīs habēre, falsa prō vērīs? (*Cicero. —**falsus,-a,-um**.)

10. Saepe mihi dīcis, cārissime amīce: "Scrībe aliquid magnum; dēsidiōssissimus homō es." (Martial.—**dēsidiōsus, -a, -um**, *lazy*.)

11. Verba currunt; at manus notāriī est vēlōcior illīs; nōn lingua mea, sed manus eius, labōrem perfēcit. (Martial.—**notārius, īī**, *stenographer*.—**vēlōx**, gen. **vēlōcis**, *swift*.—**perficiō, -ere, -fēcī, -fectum**, *to complete*.)

12. Multī putant rēs bellicās graviōrēs esse quam rēs urbānās; sed haec sententia mūtanda est, nam multae rēs urbānae sunt graviōrēs esse quam bellicae. (Cicero.—**bellicus, -a, -um**, adj. of **bellum**.)

13. Invītātus ad cēnam, manū sinistrā lintea neglegentiōrum sustulistī. Hoc salsum esse putās? Rēs sordidissima est! Itaque mihi linteum remitte. (Catullus. —**linteum, -ī**, *linen, napkin*.—**neglegēns**, gen. **neglegentis**, *careless*. —**salsus, -a, -um**, *salty; witty*.—**sordidus, -a, -um**, *dirty, mean*.)